in stramine porrecti. et more seculariũ manib;
candelis applicitis iacebant. solummodo horam
qua spm̄ exalarent suis cũ luctu expectantib;.
Tum parentes utrorumq; scīi dī ꝑsulē erectis
ad celũ oculis ac manib; ꝑmissis uotis inuoca
bant. Utrisq; affuit pii ꝑsulis meritũ. licet n̄
uno die nec uno loco. Continuo enĩ post ꝑces
et uota parentũ sani surrexerũt. et cũ eisdem
cenobiũ sci uiri adierunt. et in magna grati
arum actione uota peregerunt.

MULTA de magnitudine signoꝝ que post
translationem sacri corporis diuinitus
ostensa sunt. duobus hiis libellis ꝑstrinxim⁹.
plurima quoq; ob fastidium lectoꝝ. et nr̄am in
ertiam ꝑtermisimus. Nouerint etiam legentes. nos
solummodo ea que in primo anno translationis
eius acta sunt tribus libellis compendioso
sermone dictasse. et q̄d sepe diximus n̄ n̄ apud
nos gesta et uisa. et aliis locis ꝓbabili testimo
nio roborata recepisse. Incipit liber tercius.

Finit lib Sec̄dus

TERTIUM iam miraculoꝝ d̄o kari ꝑ
sulis annonis libellum inchoantes. indiuidu
am trinitatem inuocamus. ut suo munere 1
hec grata sint legentib;. ꝓficua audientibus.
credibilia incredulis. Attendant etiam et alta
memoria recolant. ubi in diuinis codicibus
aliquem sc̄oꝝ, uno anno tot et ꝑclaris signis enituisse legerint
et intelligant hoc ad confutandam incredu
lorum cecitatem diuinitus actitari. Hoc
ḡ initio que duob; pene mensibus gesta sunt
scribenda collegimus. In uico iuxta tuuciū
cuiusdam patrisfamilias famulus duob; annis
tumore horrendo pedum adeo uexabatur.

ut iam sibi oneri esset uiuere. Sepe medicorum arte fallebatur: sepe mulierum fomentis et incantationibus ludebatur. nullum salutis genus ex desperatione iam amplius querebatur: Hic audita fama signorum deo kari presulis annonis. omnem spem salutis suę traiecit in eum. nomen eius cum uoto fideliter inuocans. Mox quod ipse mirabatur ubi nomen eius corde concepit et ore persoluit. omnis pedor et tumor cessauit. illeque uelut nouus usus gressibus ad cenobium annonis cucurrit. uotum quod uouerat deuotissime peregit. 149 Adolescens de siga eodem genere miserię intumuerat. sed maiori et peiori. nam toto uentre in modum lagenę distentus erat. Plena fide et deuotione annonis nomen inuocauit. uota uouit. sine mora pestiferus ille humor totus disparuit. Ad sancti presulis tumuli locum uenit. et suę fidei ac deuotionis munus optulit. 150 MVLIER quedam de proxima uilla gestinge dicta utrarumque aurium auditum perdiderat. Sequuta est reliquos de ipso uico ad cenobium sancti presulis euntes. Adiumento suorum similitudinem capitis ex cera

formati humi ꝓſtrata depoſuit ad ſc̄i tumulum!
nulla interueniente mora auditum pleniſſime
recepit. Dies ſollempnis erat! ꝑſona nota exti-
terat! populi frequentia aderat! miraculum
celebre factum fuerat. Miles unus de caſtro 151
Toneburg militari uirtute conſpicuus. in illa
uaniſſima et humanis fauoribus celebrata mili-
cia quam tornamentum uocant. ictib; mucronum
ualde attritus mortis ſibi uidebat imminere
ꝑiculum! et poſt mortem eterne mortis for-
midabat p̄cipitium. Norunt hoc omnes illius
ordinis homines. ſed non terret eos penalis
noticia! quos friuole laudis delectat fama.
Miles g̊ ille de quo agimus in uite ꝑiculo con-
ſtitutus! cum medicoꝝ defeciſſet ꝑicia. celicoꝝ
implorabat auxilia. Totum ſe annoni deuouit!
p̄ omnib; eius nomen et meritum inuocauit!
et quē in tali anguſtia queſiuit ꝓpiciū. uerū
inuenit medicum. Nam poſt inuocationē et
uotum: omnis ceſſauit plagarū dolor! mileſq;
priſtine ſanitati redditus eſt. A e v d uillā 152
Berchem iuuenis quidā in die ſc̄o paſche poſt
ꝑceptā eucharistiam et cibum. modū habere

noluit in ludis et puerili cursu! totumq; diem sanctum in tali uanitate consumpsit. Circa uespertinā uero horam iudicio dei ante portam patris sui in agilitate cursus sui ruit! totusq; ꝑ interiora confractus ꝓ mortuo illatus est. Luctu domus completᵘʳ! nam in casu eius totius ludi cessauerat uociferatio. Pater cum s̄ adherentibꝫ annonis nomen et auxiliū inuocat! uota multiplicat.

Mirum dictu mox ut anno sc̄s inclamatus est! iuuenis ad se reuersus omni dolore sedato surrexit incolumis. 153 In proxima nobis uilla hagenrode dicta. puer quidam diutinę infirmitatis pondere fatigatus ad extrema ꝑueniens iam desperatus erat. Sed credo et confido quia quotiens talibꝫ ꝑ alicuius sc̄i meritū subuenitᵘʳ! ex inspiratione summi uiuificatoris id agi.

Ipso ḡ aspirante parentes p̄fati pueri annonis nomen et meritum inuocauere! uouentes eū siligine ponderare. et p̄cium sc̄o offerre. Nec mora puer surrexit incolumis! parentesq; ut uouerant ad sc̄i miserunt tumulum p̄cium siliginis.

154 Arguimur a quibusdam de ƀuitate stili! et n̄ negamus hoc euenire ex tenuitate ingenii nr̄i.

Sed siquis consideret similitudinē signoꝝ nos tene-
ri, puto q̊d admittet nr̄am excusationē fide fa-
cili. Nam cum de tribus aut quatuor equali
passione detentis. equalis ꝑ annonem data sit
sanitas, q̊d ibi nisi ꝑsonę et oppida in eloquio
mutanda erant. Certe q̊d iam scripturi sumus.
uno die quinq; cecis ꝑ eum illuminatis nos inter-
fuisse meminimus, sed qua facundia unū ab alte-
ro mutatis uerbis et circumlocutionib; diuiderem?
Audite ergo ꝑ ariditatem stili nr̄i, qualiter ipsi
quinq; sint illuminati. M~~ulier~~ quedā iuxta 155
castrum toneburg degens. duos filios habuit,
utrosq; oculoꝝ lumine priuatos. Vouit et op-
tulit sc̄o annoni quatuor cereos orbes, miraq;
celeritate apti sunt oculi amboꝝ. Simili modo
ex regione uuestfalium alia aderat mulier,
duos infantes cecitati obnoxios adducens.
Similia ex cera dona annoni ibi uouit et
optulit, serenę lucis donū ipsa hora utriq; sunt
experti. E~~adem~~ die ex p̄fata regione altera 156
mulier cecitati et ipsa dampnata adueniens.
cum sc̄o p̄suli uotum ex cereis fecisset oculis,
continuo lumē recepit. Ecce hanc quinq; cecoꝝ

illuminationem una die suscepimus. et ammirati
sumus! et nullum nisi annonis scitati contrarium
sine ammiratione esse credim⁹. Quom̄
g̊ simile in singulis illis donum uno die
declaratum. multimoda facundię circumlocutione
aut diffusis ꝑ longum yꝑbaton uerbis
extenderemus. Item duo paria miracula.
Quedam mulier de sinzege regio oppido
157 dolore cordis uehementer et ꝑiculose torquebatur!
et alia de reide simile tormentum
patiebat̄. Ambę cereum cor annoni uouerunt!
ambę in momento uoti salutē sunt exꝑtę.
Ambę ad eius uenerabile pariter uenerunt
sepulchrum! et suū ꝑegere uotum. Item
158 in regione uuestfalium in uico eu helde uocabulum
est matrona quedam ꝑ pond⁹ egritudinis
desperata iacens. suadentib⁹ cognatis
et amicis ad beati p̄sulis tumulum misit
orbem cerę et nummum! et continuo desperate
159 saluti reddita ē. Ex eodē uico
quidam capitis dolore adeo torquebatur!
ut quandam mentis insaniam imitaretur:
Et hic beato p̄suli cereuellam formatā ex

ceꝛa uouit/ et continuo poſt uotum omnis ille ca
pitalis ceſſauit dolor: Deuotus uenit/ uotum
letus ſoluit/ deuotior et letior redit. Puer 160
quidam de ockindorp ea paſſione quā multis
hoc anno accidiſſe ſupra retulimus. ſanguinolen
to ſcilicet uentris fluxu adeo attenuatus eſt/
ut uix diutius ſubſiſtere putaretᷣ. Interuenit
ꝓ eo uotum parentum/ longitudinē eius anno
ni ſcō uouerunt/ ceſſauitq; eadem hora ꝑiculoſꝰ
ille fluxus. Puella de uilla cui inre uo 161
cabulum eſt. quadam occulta et feminis ꝓpͥa
infirmitate quam inuita confitebatᷣ detenta
fuit. Hec ubi uotum et orationē compleuit/
ſana et hilaris remeauit. Alia item de pro 162
xima nob̄ uilla meinedorp dicta aduenit. Hor
rendo et incredibili modo crus eius omī parte
intumuerat/ et ꝑiculum uitę ſͥ imminere me
tuebat. Cereū crus uoto plena annoni ſcō op
tulit/ ſtatimq; quaſi medicamine celitus miſſo
totius ille tumor cruris euanuit. Item pu 163
ella ē uicino nob̄ loco aduenit/ confractum pe
nitus et inutiliter ſibi appendenſ gerens bra
chium. Non erat ei ſpes umq̄ recuperandi

brachii uſum/ quia ut diximus ſola cute et carne
conexum herebat. Confeſſorem xp̄i ~~annonem~~ inuo
cauit/ uota cum cerei brachii oblatione ſupplex
uouit/ mirabiliq; celeritate os ad os conſolida
tum eſt/ nulliusq; leſionis incommodum amplius
164 ꝑſenſit. Adoleſcens karolus dictus dentium
dolore adeo torquebatur/ ut interdum impos
ſui ſenſus uideretur: Nota eſt paſſio multis. et
o utinam numquam eam exꝑiretur fidelis. Mul
ta a multis audiuit et ꝓbauit iſdem iuuenis
medicamina ſalutis/ ſed nullum ꝑ hęc capie
bat remedium tanti doloris. Venit humili
ter et deuote ad ſepulchrum xp̄i ꝯfeſſoris
~~annonis~~/ ſupplex ueniam petiuit/ mentū ex
cera formatum ſuꝑ ſacrum eius brachiū optu
lit/ in ipſo momento moleſtiſſimo dentiū dolore
caruit. Certe hęc et alia plurima incommoda
humanę miſerię obrepentia. quę ꝓ ſignis an
notari nolui/ inuocato nomine annonis mira
celeritate fugata ſunt. Interdum etiā quedam
ꝓpter frequentiā ſignoꝝ ꝑtermiſi/ n̄ nulla obli
uioni tradidi. Nam cū in ſpatio triū dierum
xxxii^o miracula declarata ſint/ nͤ memoria

retinere nec paginis possem tam repente annotare.
Hac etiam de causa breuiori et humiliori stilo
singula ꝑcurrimus! bono animo sufferentes si
quis ea facundiori eloquentia ꝑornare uolue
rit. cum tamen materiam ipsam de nr̄o fonte bi
berit. Sed ceptum pagamus opus. MULIER 165
de agrippinensi urbe dicta xp̄ina. unius brachii
impos extitit. Hec meritis beati uiri et sani
tatum gr̄a ex fama agnita cereū et brachium
uouit! et repente conualuit. Post sanitatis
donum ꝓmissum neglexit uotum. tamen ulti
onis non euasit dispendium! nam prioris infor
tunii in brachio magis sensit incommodū. Re
atum agnouit. uota duplicauit. duo cerea bra
chia ꝓ uno attulit! et sic iterum sospitatis do
num recuꝑauit. Vir quoq; eius uuinricus no
mine. ipso tempore decubabat lecto egritudi
nis! auditaq; salute uxoris. et ipse spe cupite
salutis animatus. annonem humiliter inuo
cauit! celeriter exaudiri meruit. Surrexit
enim ꝓpere de lecto! et cum uxore reddi
dit uota sanitatis suę. Sic etiā sub ipso tem 165b
pore in uico westfalie attendar mulier q̊dā

cum filio pariter infirmitate depressa, pro se et pro
pignore iacebat anxia. Memor et ipsa uirtutum
annonis, uota ei optulit suę deuotionis pro se
et filio. Exaudiuit eam miserator et auditor
pauperum, statim mater cum filio sana exur-
166 rexit post uotum. Item puer quidam de
ekenhagen cunradus nomine fracto dorso in-
utilis erat suis et sibi, nec longioris uitę spe
habebat. Tamen in annonis auxilio spem habens.
uenit ad eius sacrum tumuli locum, peregit
uotum, iuncturamque sui dorsi recuperauit ad in-
167 tegrum. Item puer de ettorp oculis inna-
tis maculis cepit carere uisu. Preuenit cecita-
tis metum per annonis suffragium, cucurrit ad
eius tumulum, oblatisque cereis oculorum similitu-
dinibus. expurgatis ad plenum maculis puro
lumine uestitus est. Illud etiam ad meritum
168 et laudem recurrit annonis, quod in uilla quę
flamersuelt dicitur multorum testimonio roboratur.
Ibi adolescens quidam caduco morbo laborans,
suis dolori et oneri fuit. Famulo dei annoni preces
et uota offerunt. Ad inuocationem sacri presulis
surrexit ille incolumis, et amplius caruit

peſtę tam moleſtę paſſionis. Nam poſt duos fere
menſes quidam de ipſo uico uenientes.' aſſerebant
poſtea ſe non uidiſſe in eo morbum illiꝰ generis.

FRATER quiſpiam de cenobio ſcī uiri in viª 169
feria ante ſcm̄ paſcha magna inualitudine de
tentus iacebat. Petiit gͦ lacrimoſis ſuſpiriis con
feſſorem xp̄i annonē.' ut ſuis meritis ad dn̄m ſͥ
opifex fieret. quo ſaltem ſacro illius diei officio
intereſſet. Sanus ut orationē compleuit.' é le
cto ſanus et incolumis ſurrexit. Quidam de 170
hibernię partibꝰ ſcottus germaniā ueniens. in
pago iuliacenſi cum quodam eccleſiaſtico ꝑegͥ
nabatur.' iuxta ẏdioma patrię linguę moldun
uocatus. Incidit hic aliquando in grauē infir
mitatē.' manſitq; impos ſui fere ꝑ dimidiū an
num. Condoluit diutinę infirmitati eiꝰ ſacerdos.
ſuaſitq; homini fundere p̄ces annoni.' et uota
uouere. Conſenſit ille monitis ſalubribꝰ.' effu
ſiſq; intimo ex corde p̄cibus. factus ē annoni
deuotus. Mox miro modo uelut in exceſſu
mentis factus uidit aſſiſtere ſibi celeſtis ha
bitus ꝑſonā. pontificali ſcemate renitentem.'
et ſibi dicentē. Sanus eſto ab hac hora. Ele

uataq; manu benedixit eum his uerbis. Benedicat te
pater et filius et ſp̄s ſc̄s. His dictis! ex oculis eius
uiſio diſparuit. Ille ſibi redditus! omni egritu
dinis pondere ſe ſenſit expeditum. Ad annonis
ergo ueniens tumuli locum humilis et deuotus!
cum uota ꝑegiſſet. cunctis cum gr̄arum actione
expoſuit! qualiter ꝑ eius meritū euaſerit tam
171 diutinū doloris lectum. Ex flandrię partibꝰ
iuuenis aduenit ad dō kari p̄ſulis tumulum!
offerens cor cereum. Aiebat iſte matrem ſuam
in flandria cordis dolore adeo ꝑiculoſe infir
mari! ut ex tanto incommodo doloris. ſpem ami
ſiſſet pene uiuendi. Dicebat quoq; in tota flan
drenſi regione famam miraculoꝝ annonis cele
brem eſſe. Hinc etiam referebat matrē ſuam
noticiā ꝑcepiſſe nominis annonis. et ꝓ doloris
immunitate cereum ei cor uouiſſe! ſtatimq; mo
172 leſtia tantę infirmitatis caruiſſe. Puella
quedam de uico uiuere dicto petriſſa nomine.
miſerabili fuit paſſione detenta! ſed ꝑ annonē
miſericorditer et magnifice ſanata. Toto enim
capite intumefacto. toruum et horridum gere
bat aſpectum! linguamq; eodem tumore turgi

dam habens. uix intellectuale aliquod sonare poterat. Tamen quibus poterat uerbis annonem inuocare. uota ei uouere! certam scilicet cereuellam. et ex cera linguę similitudinem. O gratia redemptoris! o meritum eius confessoris. Mox ut talia uouerat. et formari fecerat. capitis tumor omnis euanuit! organum linguę pristinę agilitatis et loquelę officium recepit. O quam deuota ad annonis ibat tumuli locum! quanta cum gratia suum peregit uotum. Non est supprimendum noticię fidelium quod in uilla quę ense dicitur per annonis meritum deifico munere est actum. 173

Mulier de eadem uilla ad sancti cenobium accessit oratum! et fide plena de saxo quod sacrę tumbę suppositum fuerat cultello corrosit. et domum rediens febricitantibus in potum dedit! omnibusque salutare fuit. Erat in eodem uico alia! cuius filius lapidem qui calculus dicitur in superficie uisicę habebat. Accessit ista ad illam! petiuitque ut portiunculam salutaris illius pulueris daret. Dedit illa! ista uero filio calculo laboranti in potu miscuit. statimque lapis confractus est! et per urinę meatum salubriter egestus.

174 Erat uir in uilla stieldorp dicta folcoldus nomi
ne, triplici attritus egritudinis genere. Unum
miserie sue suffecisset, si duobus caruisset. Fue
rat siquidem claudus utroque pede, sic ut gesta
torio portaretur, manibus contractus, eratque intu
mefactus toto uentre, qui morbus ydropis dicitur.
Adducitur a suis ad domni digni presulis annonis tu
mulum, pactoque uoto et oblatione precum, sana
tus est mirifice per dei nostri clementiam, ad confes
soris sui declarandam sanctitatis famam. Penset le
ctor uel auditor magnitudinem miraculi, non
175 uilipendens breuitatem eloquii nostri. Alter
de uico cui gummersbret uocabulum est, capitis
diutino dolore adeo torquebatur ut auditu pri
uaretur, quoniam ex uicio cerebri peius accreuit ma
lum priori. Et de isto ut de precedenti dicimus,
quod ad miserie sue cumulum sufficeret ei ex duobus
malis unum. At ubi uenit tempus miserendi
eius, nomen et opem annonis inuocauit, uotum uouit,
similitudinem capitis humani ex cera formatam.
Detulit et optulit quod uouerat, euasitque continuo
176 geminum illius magnitudinem mali. Mulier
in sigebergensi oppido in periculo partus con

ſtituta! clamabat· dolebat· iam morte uicina. Mag
na cum fiducia annonis patrocinium excora
bat! naſcituri ex ea infantis ſimilitudinē ex
cera formatā uouit! et mox timore liberata
puerū enixa ē. Lupus cuiuſdam mulieris 177
agnū rapuerat! et in altricē ſiluā deuoratꝰ illū
aſportauerat. Illa cum eiulatus magnitudi
ne annonis auxiliū implorauit! uotū uouit!
et ſtupendo miraculo. ſequenti die cruenta fera
agniculum reportauit illeſū. Vile quidē fue
rat dampnū! ſꝫ eo gl̃oſius miraculū. In uico
q̇uuilre dr̃· mulier· infirmitate diutina op
preſſa iacebat! nec erat unde ſpem euadendi
di tantam infirmitatē haberet. Caſu ante eg̃n
gallina tranſſibat. Illa ſtatim p̄cibꝰ annonē
inuocauit! gallinā ipſam ꝓ ſoſpitatis dono re
ꝓmiſit. Continuo om̄i dolore caruit! gallinam
quā uouerat ad tumbā ſc̄i optulit. Non adten
dimus uile uotū. ſꝫ delectam̄ q̊d d̄itas ꝑ famu
lum ſuū in ſimplici uoto ſalutis eg̃ preſtitit donū.
Apud vvalprugele mulier· confracto brachio 179
debilis exiſtens. annoni pro cereū brachiū op
tulit! redinteg̃toq; brachio ſpei ſuę cōpos leta
redibat.

Q~~uidā~~ de altſign nomine Gozuuin⁹. infirmitate ta
ctus, ad extrema ꝑuenit. Quā multis ita acci
diſſe hoc anno qui ē adhuc pͥmus tranſlatio
nis eius ſupͣ retulim⁹. et ꝑ inuocationē nominis
eiꝰ uitę et ſaluti redonatos, qͦd ſtudioſius lector
notare poterit. Hic gͦ eger de quo agim⁹ cum
iam deſperatus eſſet. officiū tam̄ linguę adhuc
habens. annonis opem petiit, uotū uouit, ce
ream uidelicet imaginē. Poſt uotū uͦ c̄tinuo
conualeſcere cepit, ad ſcī cenobiū ſupplex
uenit, uotū reuerenter ꝑegit. De uilla qͤ
ſechme uocatͬ mulier Gerthrudis dicta. ad
ſcī annonis cenobiū infirma uenit, et n̄ ſolū
infirma. ſ; etiā clauda. Ingreſſa oratoriū ante
ſacras reliquias ꝓſternitͬ, dein ſene qͥ aſſidebat
tumbę ꝓbente de calice ſcī uiri bibit, moxq;
baculo greſſus regente tumba circuiuit, et
in ipſo circuitu liberata ē gemina paſſione.
In conſpectu aſtantiū ſacrę tūbę ſuppoſuit egri
tudinis ſuę baculū, liberoq; greſſu egreſſa
ē monaſteriū, uere facta inſignie ſue [illegible]
ſcitatis teſtimoniū. Itē de colonia qua
dam ceca exiſtens ibi lumen recepit.

Fur equum cuiuſdā rapuerat / et ei inſidens abdita ſiluarū petebat. Dominus caballi furē inſequutus. ꝑ deuia campoꝝ currebat anhelus. Sꝫ cum uideret illū ſiluestribus ſe iā immergere locis / exclamauit. Sc̄e anno adeſto. ut recipiā caballū meū. Res ſatis noua. Adhuc uerba in ore ruſtici uoluebantur: et ecce quaſi clauis ſolo defixus ſubſtitit equus. Fur pedibus urgebat / manibꝰ ſeuiebat. Aſt ubi uidit et ſenſit ſe teneri et a ſuꝑuenientē iam ꝑſequi. equi dorſo deſiliit. et in denſas frutices ꝓſiliit. Homo concitus acceſſit. equoqꝫ ſuo recepto. letabundus deo et annoni grārū dona libans rediit

Mulier quedā utriſqꝫ auribꝰ ſurda exiſtenˢ. gallinā ad ſepulchrū ſc̄i p̄ſulis optulit. ſeqꝫ ad ueniā ꝓnā inflectens. mox auditu recepto gannitum galline audiuit. manibuſqꝫ erectis et oculis grās egit.

Armiger cuiuſdā militis. dum curſu rapido equum tumidū calcaribꝰ urgueret. de eo cecidit. ceruiceqꝫ confracta a ſuis eleuatꝰ eſt.

Euaſit quidem mortē. ſ; ex curuatura ceruicis qua ſolo illiſum fuerat ex obliquo caput ad iacebat humero. Mittebatur ad medicos. non erat qui ſalutare illi poſſet ferre antidotum. Erat quidā ibi qui ad cenobiū uiri dei annonis uenerat. et miraculoꝝ eius ex relatu aliꝝ conſcius fuerat. Suadebat iſte cognatis et amicis memorati iuuenis, ut fide adhibita p̄ces et uota ferrent annoni. Exclamauit eger. exclamauerunt et ſui ſe fide habere ſtabile. meritis ſacri p̄ſulis. ſalutis integritatē eū poſſe conſequi. Fuderunt preces. uouerunt uota. Statim iuuenis dormitare cepit. ita ut putaret ſe mori niſi dormiret. Iactauit ſe in terrā dormire cepit.

Viſum eſt ei manu cuiuſdam collū ſibi quaſi ungendo palpari. moxq; euigilans directo in priorē ſtatū collo annoni gratias oblaturus et uotū ꝑacturus. cenobiū eius deuotus adiit. humiliter uoti ſui exequutor extitit. rē ut erat fideliter aꝑuit.

Cū sciamus signa non a fidelibꝰ sed
ab infidelibꝰ exigi. ꝓbabile est intelligi. ideo
diuinitus annonē tot signis ut incredulis ''crebr
meritū sc̄itatis eius ingeratur. Itaq; mirū e cert.
ualde et insolitū eius gestū meritis miraculū.
noticię tradimus fidelium. Res colonię
gesta ē. Puer quidam duodecim circit̄ annoꝝ
materno hospicio residens. a sorore sua po-
tū importune exigebat. Illa ex importuni-
tate petentis mota. potū porrexit dicens.
Diabolum bibas et insumas. Continuo post
uerba sororis. inuasit eum demonium. et
illud erat mutū. Triennio sic mansit obsessꝰ
et mutus. et uno claudicans crure. His tri-
bus plagis miser ille oppressus erat. et
duabꝰ miserius. Nā omni hora pectus in si-
nistra parte pugno uiolenter et horribi-
biliter feriebat. nūquā q; cibū aut po-
tū sumebat. nisi quē mater in eius ori
impresserat. Si quando u° ei diceret. sume
hoc innōe xp̄i uel alicuius sc̄i. statim spu-
to et uomitu eā impetebat. si autē hostis
antiqui nomen ei ꝓponeret. mox ad-

iocabatur; et os applicuit. Duxerat eū mat̄ ad diuersa scōꝝ patrocinia/ optans et orans eum sanari ꝑ eoꝝ suffragia. Duxit etiā illū ad xp̄i famuli annonis cenobium/ et ꝑ continuos sex dies eius frequentabat sepulcrhum. Stupori simul et compassioni erat omnibus uidentib;/ qm̄ ut supradiximus uix paruo interuallo quiescens ui qua poterat pectus feriebat. Post septimanę ū circulum/ mater oblatis xp̄i confessori deuotionis suę lacrimis domū redux̄ filium. Non despexit pius pontifex maternos gemitus/ qui semꝑ in carne adhuc degens condoluit miseris. Accidit itaq; ut quadā die matre domo egressa. solus intus remaneret miserabilis ille. Ecce autē uenerando habitu canicie decoratus uultu angelicus. et qui digne annonē exhiberet. quē etiā fore se testabatur. uir intrauit/ miseroq; approximans eum benedixit/ immundum et mutum spm̄ ab eo ꝑpulit/ omniq; debilitatis genere expeditū pristinę sanitati restituit. et sic disparuit.

Post horę spaciū mat̄ rediit/ illeq; blande arridens. aue inquit mat̄ mi. Stetit illa obstupefacta. audiens filium loquentē. leto aspectu apparentē/ quē iā tribus annis mutū et obsessū claudumq; habuerat. Mox accedens/ quid ē inquit fili. Quis te sanitati restituit. Sc̄s Anno ait me restituit sanitati. Illa ů sciscitante quom̄ et ubi eum sanauerit/ retulit qualit̄ ea domo recedente. pontificali dignitate redimitus se uisitauerit. et hoste ꝓpulso. omni fasce egritudinis liberū reddiderit. Grās illa dō eiusq; confessori egit/ nouitas et magnitudo miraculi longe lateq; ꝑ ora multoꝝ clara fuit

Eodem fere tempore apud drugeshagen. adolescens annis uiginti caduco morbo oppressus erat. Casu. dū staret secus ignē eadē plaga inuasus repente in ignē cecidit/ ambustaq; facie. nasu. ore. et crure. semiuiuus extractꝰ est. Aduenit sacerdos loci/ sumptoq; puluere reliquiarū beati Annonis aque immiscuit/ monens hominē ut innomine

187

et auxilio sc̄i p̄sulis biberet. Accepit ille et
ebibit plena fidei deuotione. statimq; in con-
spectu omnium qui aderant in uirū alium
mutatus. renouata facie sanissimus appa-
ruit. et molestissimo morbo caruit. Addux̄
eum sacerdos cum pluribꝰ [a] ad sc̄i cenobiū. [b] de
eodem uico. manifestauitq; publice in eccl̄a
188 tam gloriosum sanctissimi p̄sulis miraculū.

Hac itaq; fama uolante ꝑ remota
loca puella quedam de siga eodē miserię
morbo detenta aduenit. sacerdotē adiit. et
eodē salutifero antidoto potata sine mora
curata est. Ipso tēpore apud wipꝑfurden-
se oppidū puer quidā ad extrema ꝑductꝰ.
⁊ in stramine positus ac porrectus candelaq;
manu implicita mortē opperiebatur.
Parentes turbati Annonis nomen et
auxiliū inuocant. libraq; puero imposi-
to. et equa lance panibꝰ. tante orbem
cerę sc̄o p̄suli uouere. Surrex̄ puer ilico
189 in libra. adductꝰq; ad cenobiū sc̄i uiri a parentibꝰ.
orbē cerę optulerūt. ⁊ rē gestā apuerūt.
In vico qui Attindar nuncupat̄ res non

dissimilis acta est. Ibi siquidem militis cuiusdā filius iurgatus cum germano suo. ictu fustis oculum ei excussit! ita ut ex foramine eiecti luminis sanguis decurreret. Accurrit mat̄. accessit anxius pater! nomen et opem Annonis implorant pariter. Cumq; diutius sc̄i p̄sulis nomen iterarent! desiderio dormiendi correptus is qui oculo orbatus erat. in soporē resolutus est. Sed post parui temporis interuallum surrexit! et insolito miraculo noui lumine oculi decoratus apparuit. At parentes tā celeri sanitatis dono mirati et delectati. assumpto secū eodē filio humillima deuotione locum tumuli sacri p̄sulis adeunt! et magna dī dona. magna fidei deuotione apiunt.

Puella quedam de kempenich xv. septimanis decubans lecto. nullo medicamine curari poterat. At ubi ammonita de claro nomine Annonis. eius adiutoriū inuocauit in necessitatib; suis! statim de lecto egritudinis sue surrexit incolomis. [illegible]

190

Puer quidam de unkele filius scolteti

eiuſdem uille uno crure et pede claudicabat a natiuitate. Cumq; a parentibus ꝓ uoto ad sepulcʰrū ſc̄i uiri adductus eſſet. et sine effectu ſanitatis rediret. plenā adeptꝰ eſt tam cruris quā pedis ſoſpitatē. Non ingrati parentes. deo et eius confeſſori gratiarum actiones reiterauere deuoti.

[illegible] inre
[illegible]

191 Alter quidam nouem circiter annoꝝ. de ſiga oriundus dum puerili more dolabro lignum concidere conarēt̄ poplitem ſibi grauiter incidit. ita ut iugiter claudicans. nullos habere poſſet greſſus. quos non regeret baculus. Sed puerile eius infortunium. uirile ſubſequutum ē uotum. Vouit Annoni pio preſuli cereum crus. si eius merito optatos reciperet greſſus. Mira celeritate ſoſpitati eſt reſtitutus. plenarie. et cum parentibus ad cenobium uiri ſc̄iſſimi aduenit. et cum gaudio parentum uotum ſuum officioſiſſime ꝑegit.

192 Apud coloniā mulier uino erat obnoxia malo. Intumuerat enī caput eiꝰ horribiliter.

manum quoq; aridam gerebat inutiliter: Inuo
cauit annonis nomen et patrocinium/ uouens
ei ex cera manum et caput cereū. Mox post
uotum caput tumore pestiferi humoris caruit/
manusq; pristinę reddita est utilitati. facta
est uoti sui fidelissima executrix/ et liberato
ris sui deuotissima annuntiatrix. In oppi 193
do sibgensi ꝑ annonis meritum sex p̄clara
sub uno fere temꝑe patrata sunt miracula/
quę uno capitulo concludere ꝓposui. eo q̊d
uno ut dixi temꝑe et eodem oppido gesta
sint/ sic tamen ut qualitas singuloꝝ miraculoꝝ
exprimat᷑. Siquidem ibi quidam nimia fessus
egritudine in lecto iacens. ceream annoni uo
uit ꝓ sanitatis suę dono. ꝓprię longitudinis
mensurā/ mulier quoq; ibidem capitis magno
pressa dolore. in monasterio stans. formā capi
tis ex cera uouit. moxq; sibi uidebat᷑ manu
cuiusdam blandientis caput om̄e ꝑungi/
alia quoq; dolore cordis adeo cruciata ut
mori optaret. cereum cor ubi uouit. conua
luit/ altera eodem genere doloris tacta.
simili uoto statim ꝑiculum euasit/ itemq;

alia ibidem lateris uehementer dolore decocta.
ceream imaginem cū annoni uouiſſet. paſſione
moleſta caruit. rurſumq; quidam inibi cordis
dolore inuaſus ꝑiculoſe. ubi cerei cordis for
mam uouit. mox optatę ſaluti reſtitutus eſt.
Ecce hęc ſex ſanitatis ſigna uno loco et uno fe
re tempore exhibita. ideo compendioſe. et
uno dumtaxat capitulo ꝑstrinxi. ne faſtidium
ex equalitate uoti et ſimilitudine morbi in
gererem lectori. Quod ſi alicui hęc signorum connexio
diſplicuerit. non erubeſco diſplicere ei qui
ex paucis multa diffundere. et didonis fabu
lam in multa milia uerſuū ualet extendere.
Sed qui omnib⁹ placere poſſet. nimiū ꝑfect⁹ eēt.
194 Annuales nundinę apud ſigebergenſe oppidū
in aſcenſione dñica celebres ſunt. multis un
diq; ad publicū mercatū confluentib⁹. eſtq;
aſſertio cunctoꝝ. ubi maior conuentio. ibi furū
maior exiſtimatio. Unde accidit. ut inter plu
res quidā e ciuibus lanei panni n̄ modicam
partē. inopinata furis agilitate amitteret.
Quo dampno poſt modicū exꝑto. uxor illi⁹
mente conſternata nomī opemq; annonis in

uocauit. hoc ſe uoto conſtringens. ut ſi eiꝰ merito pannus ſibi reſtitueret᷑. tantā ei longitudinē cerei luminis quot ulnas ꝑditus pannꝰ habuerat offerret. Res ſatis miranda. Sequenti nāq; mane á quadam muliere ꝑditus ille pannus ē relatus domui in qua manebat ille. Stupefacta uxor uiri. et uoti ſui memor: longitudinem luminis ꝓmiſſi ſequenti mane ad ſcī tumbam optulit. et mirantibꝰ cunctis rē geſtam ex ordine aꝑuit. Res etiam relatu et memoria digniſſima apud uillā lare accidit. Ibi ex negligentia matris puerulus quidā facietenus in ignē cecidit. ambuſtaq; tota facie et oculis iacebat pene exanimis. Mat᷑ regreſſa. uiſo in igne infantulo. domū clamore complet et eiulatu. dein abſtracto ab igne ſemiuiuo. cutem ambuſtam unguibꝰ applicitis auulſam longius ꝓiecit. Tum uero collectis fidei uiribus. cum lacrimis emiſſa in altū uoce auxiliū implorauit annonis. Mox nouo ſignorum genere rudis in facie pueri recreuit cutis. purgatisq; in priorē ſtatū oculis. nullus leſionis in eo inueniebat᷑ ueſtigium.

Q'd hoc gloriosius miraculo.~ Vere dignus deo pontifex! uere uerus misericę miseroꝝ opifex. Accessit ex matre memorati pueri aliud eque pii p̄sulis memorabile signum. Nam post horę spacium e domo mater ingressa ē pomerium! et sub umbra arboris quietis capiebat somnū. Euigilans uero tanta corporis debilitate toto corpore oppressa est! ut uix horę unius spatio crederet se sup̱uicturam. Vix aū̄ á q̇nq; illata domui. annonē iterum inuocauit! uoto et deuotionis oblatione se obligauit! miroq; modo totius infirmitatis incommodū continuo euasit. Mox supplex et gratiosa ad sacri p̄sulis cenobium uenit! ꝓ filio et ꝓ seipsa qͦd uouerat genubꝰ humiliter in terrā fixis ꝓsoluit. ERAT in uilla que houmere dicit̃ homo contractam et intumefactam habens manū! ádeo ut pollex totus sub tanto humore inmersus lateret. Inutilis et omnino facta erat manus! tantum ṡ dolori et aliis ad uidendum erat horrori. Erat aū̄ isdem in obsequio cuiusdam militis. Hoc monente nom̄ annonis et auxiliū inuocauit! certę manus similitudinem ei ꝓ salutis dono uouens. Cerneres repente tumorem illum euanescere, manūq; hominis in priorem gracilitatē et utilitatē transmutatā apparuisse. Vere felix p̄sul, qui sic uelox ꝑ x̄pm factus est refugium pauꝑum in tribulatione eoꝝ. Quidam ex teutonicis oriundus. in terra francigenarum iuxta montē sc̄i egidii exulabat, ibiq; cum aliis fossoribus metalli laboriosā agebat uitam. Ex infausta uero auaricia mortaliū. funibus desuꝑ appensis in concaua montiū quasi in abyssum transmittunt͛. temerosa nimium audacia. Prefatus itaq; iuuenis dum hoc ordine demitteret͛. n̄ exigui ponderis saxum desuꝑ ruens suꝑ manū tam ualide ei cecidit, ut cute. carne. neruisq; detractis et fractis. debilis et mutilus redderetur. At quia ut diximꝰ ex germanię partibus erat oriundus. famamq; signoꝝ annonis antequam de suis finibꝰ exularet audierat, nomen eius et patrociniū inuocare cepit attentius, et quē in ꝑegrinis regionibus inuocauit, domesticū ac uicinū adiutorē inuenit.

Siquidem cum diu annonis auxiliū expeteret, renouata ex integro manus ei restituta est.

Ad natale uero solum regressus memor uoti sui cenobium uiri dei adiit, similitudinē manus ex cera formatam deuote ac humiliter p̄cumbens tumbę ipsius supposuit, et rem sicut erat exposuit. Diligenter notate. et cum fide suscipite celitus exhibitū p̄ annonē miraculum. Est uilla in uuestfalia gesiche dicta, decimam p̄soluens ab antiquo temp̄e eccłe nr̄ę. Erat in ea uir quidam longo tempore languens, tamdiuq; eger iacebat. donec totus ad instar tunnę intumesceret.

Cumq; iam desperatus esset. ita ut instanti nocte aut futuro mane exspirare crederetur, circa mediā noctē uox ad eū facta est celitus.

Si cupis uiuere et sanari, scm̄ quendā annonē dictum inuoca. et uiues et sanaberis. Ad hęc ille. Quis est anno dn̄e. Et uox ad eū.

In sigebgensi monte nup̄ est eleuatus. Mane sacerdos loci egrum ueniens inuisere, cum hęc eo referente audisset. miratus plurimum ad inuocationē sacri p̄sulis egrum confortauit. Mox ille oculis ac manibus ut poterat sursum libratis/ annonis nomen et eius opem suppliciter ac deuote inuocauit. Tum uero paulatim tumor ille letalis euanescere. miser se erigere. postremo ꝑ omnia optatę ē redditus sospitati/ grās referens xp̄o et eius pio confessori. In eadem regione est uicus Brecheruuelde dictus. Molendinarius ibi quidā eppechinus nomine. dum ex more molendinum sebo uncturus infra rotā staret/ ex nimio infortunio inferior rota dum uolueretur brachium manūq; uiri implicatā confregit. carnem dissipauit/ uixq; parua cum cutis parte humero appensum brachium remansit. Ignotum est opus nobis et qualitas molendini/ et ideo ad unguem exprimere n̄ possumus ꝓprietatem mali. Magnitudinē mali audistis/ nūc meritum audite xp̄i confessoris. Homo ille post deplorationē contrarietatis suę. tota mētis intentione annonis auxiliū nomēq; cepit inclamare. Quid opus est uerbis uerba superaddere. Post tam crebram nominis annonis appellationē. stupendo et satis insolito mi raculo oſſa in molendino confracta. ceperunt diuinitus conglutinari. brachium extendi/ manus reformari. Tandem ad integrum conualuit. ad cenobium uiri dei uoto quo debuerat uenit. nobiſq; mirantib' aduerſa et ꝓſpera expoſuit/ uidimuſq; in brachio et manu fracturas cicatricum/ et laudauimus ꝓdigia facientem dominum. ADOLESCENS

200 quidam iuxta oppidum wetflare captus a quodam milite. et in caſtro religatus eſt/ pedibus eius firmiſſime in cippo ligneo inmerſis. Miſer ille nullam ſpem habens humano p̄ſidio ſe poſſe euadere ſuppliciū/ medullitus annonem dei famulum inclamauit. et uota uouit. Sine mora ubi nomen annonis bis terq; ꝓtulit ore. clauus cippi quaſi molleo ꝑcuſſus diſſiluit/ illeq; ſolutus ad cenobium ſci uiri cucurrit/ et in humili gratiarum actione uota ꝑegit. PUELLA

201 de oppido ſigebergenſi quatuor annis unius pedis putore tamdiu coquebat᷑. donec tres maiores digiti pedis penitus deciderentur: et putredine dominante horrida fo

ramina remanerent./ nec ullius fomento sanari
posset. Ascendit in montem pede claudicans.
non fide./ ante sacras reliquias ꝓstrata est se-
pissime./ et meritis pii confessoris sanata est.
ita ut absq; ullo baculi iuuamine incederet.
ITEM homo de sepe nominata uilla orbach 202
tumore unius pedis dein cruris ꝑiculose
ꝑuasus./ postremo ipso tumore uitalia peten-
te. timore mortis anxius. egrotabat. Tum
uero tota fidei fiducia annonis patrociniū
inuocat./ uotaq; multiplicat. Cerneres ad no- a
minis eius appellationem tumorem illum
deficere./ et sensim uiribus homo receptis.
ceu uouerat ad beati p̄sulis cenobium ꝓpe-
rat./ ibiq; uotis ꝑactis ubi aqua infusa d
de calice sc̄i uiri potatus est./ sensit se omnī
corpore renouatum. MULIER etiā que- 203
dam habitans iuxta cenobium qͦd dicitur
lacus scę ~~marię~~. unius luminis cecitati
dampnata. ita ut superior palpebra genę
deformiter innexa uiderēt./ auditis signis
quę xp̄c ad laudem sui nominis ꝑ merita
~~annonis~~ operari dignatus est./ ad cenobiū

eius salutis desiderio oratum uenit. Cumq; uotis et precibus ꝑactis rediret. cecus ille oculus soluta palpebra aptus est/ deletaq; cicatrice pulchro lumine alterius claritatem uicit.

EGREGIVM pii confessoris miraculum satisq; stupendum ex rei magnitudine referã.

IN uico qui uocatur· uuintersceth quidam ex hiis qui in calce comburendo sudabant. cum fornacem calcis ex lapidibus cumulosum exstruxisset. antequam calcem et ignẽ imponeret. fornacem ingressus est/ ut quid in ea corrigendum esset p̃uideret. Ecce aũ subito tota illa lapidum moles ruit/ illeq; ut ruinam eius ꝑsensit exclamauit. Sc̃e anno fer· p̃sidium uite. Iacebat g̊ miserand̊ sub tanta lapidum mole/ numquam euasurꝰ mortem nisi deitatis ope. Accurrunt omnes qui uicini erant. et ruinam fornacis uiderant/ uxore illius et filiis eiulatus et planctuum uoces dantibus. A prima itaq; diei hora usq; ad mediam fere diem. uix molem lapidum amouere poterant. nullo de uita illius aliquid sperante/ sed solum corpus conquassatum eruere cupiente. Amota tandem lapidum ruina inuenitur ille illesus et uiuus/ omniq; menbrorum usu integer et intactus. Mirati omnes/ utrum uere uiueret an eos falleret. stupore acti dubíí stabant. Ille se ueraciter uiuere et p̱ annonis inuocationē mortem euasisse gratulabundus testabatur:/ uotoq; suę deuotionis ad cenobium sc̄i p̄sulis cucurrit./ uięq; causa ꝓpalata. gratiarum munia supplex exegit. Post sacros dies dominicę resurrectionis ad annuale festum beati ac gloriosi xp̄i confessoris annonis annui solis rępperat cursus. nosq; portum optati littoris in breui uisuros speramus/ licet gr̄a dei nr̄i post anni reuolutum cursum et usq; in seculum. non cesset mirificare sanctū suum. Audite ergo que circa annuum eius festum gesta sunt. MVLIER quedam ex colonia de parrochia beati GEREONIS ita impos unius brachíí et manus extitit./ ut zona uel fascia pectorali appensum gereret. Inuocauit et ipsa nomen p̄clarissimi in miraculis xp̄i confessoris annonis/ ceream ei

205

manum uouit. sine mora conualuit. De uilla ettorp mulier aduenit cui sinistrum latus brachium et tota pars illa corporis aruerat. nomen et patrocinium annonis cū uoto inuocauit. continuo pristinę sanitati reddita est.

206 Iuuenis quidam de mucha cum aliis de ipso uico ad scī uiri cenobium ꝑ uoto ibat. Ecce media uia tanto cordis dolore arreptus est. ut in terram cadens et porrectus. iam exspirare a conuiatoribus putaret᷑. Nomen et adiutorium annonis ab ipso quantum poterat et a uię sociis inuocat᷑. nec mora quasi celestis medicus adesset iuuenis sanus surrexit. cum ceteris ad scī tumulum gaudens aduenit. uota sua deuotus peregit. Eodem die mulier de regiomagensi oppido satis luctuosum ꝑpessa infortunium aduenit. siquidem confractum brachium et inutile corpori ꝑ solo onere diu appensum gestabat. Quę ubi annonis opitulationem supplex cum uoto expetiit. redintegrata omni iunctura brachium recuperauit.

207 PRELATUS scīmonialium quę in dunewalt xp̄o famulant᷑. uir utiq; optimi

testimonií retulit quod narro miraculum. In prefato loco mulier quedam febribus longo tempore excocta, nullius poterat cura euadere tam molestę egritudinis ardorem. Erat in uicino loco sacerdos. qui deuotionis studio ad cenobium beati annonis uenerat, et petitionis suę instantia reliquias scī p̄sulis meruerat. Hic ubi predictam mulierem tam diutino febrium ardore uexari didicit. portiunculam reliquiarum scārum fonti imposuit, illamq; ut fide plena biberet monuit. Paruit illa libens, moxq; ut gustu aquę palatum imbuit. febris eā reliquit. PER eosdem dies mulier de uerona capitis dolore nimium fatigata, cereum caput ubi annoni uouit. statim conualuit. PUER quoq; ibidem aridam manum habens. ex uoto parentum scō p̄suli facto sanitatē adeptus est. Sic etiam quidam eisdem dieb9 de uupperfurde impos unius pedis et unius oculi. uotum scō faciens et oblationē ad utrumq; menbrum ꝑtinens deuote offerens, in utroq; plenissimam recupauit salutem.

209

212 Ipſo tempore iuuenis de uilla orbach dicta debilitatus uno pede claudicans/ ex uoto et oblatione cerei pedis donum ſuę ꝑcepit ſalutis. Multa talium enumerare poſſem/ ſi non ad ſperatum laboris portum tenderem. Unde hiis quę minora et frequentiora uidentur omiſſis/ eminentiora aliq̃ circa finem operis reuoluam. Apud
213 uicum ſtamheim dictum. et in litore rheni poſitum. mulier quędam cum uaſculo amphorę filium ſuum ad ripam fluminis miſit/ ꝓ haurienda aqua. Qui incaute uas aquę inmergens. ipſe quoq; cadendo ſubſecutus eſt/ raptumq; furens unda introrſum traxit/ tamdiuq; in ꝓfundo iacuit donec ſuffocatus ſuꝑ aquas quaſi lignum nataret. ab eo loco uſq; ad medietatem unius miliarii. Mater domi manens. et de aduerſo caſu filii ignara. moras tamen mirata ad ripam rheni abiit/ nulloq; indicio rep̄to rediit. ꝑ domos ꝑ plateas uagando ſciſcitabat̃/ nullius reſponſi certitudo inueniebatur. Accidit autem eo loco quo

puer mortuus ſuꝑ aquas ferebatur/ piſcatores captura piſcium intentos nauicula uagari. Qui uidentes puerum ſuꝑ undas ferri. reflexo curſu illo contendunt/ raptumq; per capillos et camiſiam naui imponentes litus petunt. Egreſſi itaq; mortuum puerum occurſantibus preſentabant/ cuius eſſet filius interrogabant. Sed cum uicum p̄dictum introiſſēt. et hęc ſimilia diſſeminarent. mater pueri curſim aduenit/ filiumq; ſuum fore cognouit/ clamore et eiulatu uicanos exciuit. Sumens q̊ illum in brachia. domui intulit/ et extenſo eo in terra. iuxta corpus filii mater ſe ꝓſtrauit in hęc uerba. Credo et confido/ quoniam ꝑ merita ſancti ANNONIS poterit michi deus reſtituere filium meum. Surgensq; e terra tribus uicibus ueniam petiuit/ extenſis manibus nomen et adiutorium annonis inuocans uotis et precibus. Post trinam eius inuocationem. puer primo pedes mouere/ dein oculos aꝑit/ demum in conſpectu om̄ium qui aderant apparuit rediuiuus.

Mater: non ingrata deo et eius confessori. secū post aliquot dies duxit filium/. annonis adiuit cenobium/. suum gratulabunda ꝑegit uotum/. narrauitq; quid dominus sibi contulerit ꝑ annonis meritum. Non uideri certe multis hec nr̄is temporibus miranda et incredibilia uideri. Sed libertas fidei penes eos sit/. ueritas autem gestarum rerum non in occulto sed in manifesto nos tuetur:

Q'd autem opus est nr̄oꝝ excusatione uerboꝝ. cum illustris sit ꝑsona et genus militis cuiusdam de langestorp cuius filius nuꝑ defunctus. ipso et uxore sua nomen opemq; annonis inuocantibus. continuo reuixit.

Neq; est facile dictu quam deuote isdem miles ad cenobium beati pontificis ux cum suis uenerit/. puerum representauerit/. uenias multiplicauerit/. suꝑ scrinium scī uiri se inclinauerit. et uota ꝑegerit. At cum dies sollempnis non esset nec populus adesset. fratribus cenobii aduentus sui causam aperuit/. et filium suum uitę donatum ꝑ annonis inuocationem cum iuramento as

92

seruit. Non ideo autem tacenda sunt magnalia dei istis diebus quia incredibilia uidentur aliquibus; sed magis extollenda ut glorificetur deus in omnibus. Nec illud fidelium noticię subtrahendum reor; quod nuper in colonia actum ipsorum quibus contigit testimonio roboratur. Ubi matrona quedam non ex obscurioribus existens. filium duorum annorum habebat; qui egritudine preualida correptus. inter manus et amplexus maternos spiritum exalauit. Ex ore matris sensus uerborum est quem dicto. Mox ergo ut infans obiit; mater ex dolore pene extra sensum posita. nil aliud ore uoluebat nisi. sancte anno. sancte anno. Additura erat. adiuua. uel redde filium meum; sed ut dixi pre dolore non potuit. Ab hora ergo nona qua puer obiit usque ad uesperam nil aliud sonabat; nisi duo prescripta uerba. Itaque cum nomen annonis nec ad momentum ab eius ore recederet; diuina miseratione ad augmentum meritorum annonis puer reuixit. Hec ex ore matris. et eorum qui cum ipsa et eodem infante montem ascenderant cognouimus.

214

215

In oppido sigeb̄gensi matrona quedam ex melioribus gerthrudis nomine subita infirmitate correpta! circa crepusculum uesꝑtinū subitanea morte p̄uenta est. Rumor⁹ ꝑ omnē spargitur⁹ ciuitatem! certatimq; uiri cum feminis conueniunt. Flebant ꝓpinqui! dolebāt noti. Et certe quo plures conuenerant! eo plures annonis sc̄itatis testes futuri erant.

Deniq; circa mediam iam noctem unus ē ciuib⁹ sc̄o p̄suli ualde deuotus. fide plenus ammonere circumstantes cepit. et ad memoriā reuocare magnitudinē miraculoꝝ quę passim famulus xp̄i op̄atus esset! et maxime in resuscitacione mortuoꝝ. Hortabat̄ itaq; singulos. ut ꝓuoluti genibus cum intima p̄ce nomen annonis inuocarent! certiq; essent ꝑ clementiam saluatoris eam uitę redonandam. ob meritū sui confessoris. Parent omnes fidei monitis! cunctiq; corde et animo. et multi cum lacrimosis suspiriis. meritum et nom̄ inclamant sc̄i et uere d̄o kari annonis. Post crebram uero nominis eius appellationē. mulier⁹ oculos in mortē clausos aꝑuit!

